Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite
Quelle:
Copyright:

L E C T O R I.

Modum hoc *Volumine* prorſus eundem ſecutus ſum, quem priore. Idem *Partium* numerus, et Diſciplinarum ordo, iidem ad *Partis* III. calcem Indices; et Partes quidem ſub prelum continuo ſibi ſuccedent. Unum monere viſum. Dum in excudenda *Parte* I. jam ad Seculi V. *Patres* Operae proceſſiſſent, obvenit Bibliothecae ſingulari fortuna ſummae vetuſtatis, et ex maxime raro Papyraceorum genere Codex *Hilarii Pictav.* quaedam complexus. Hunc igitur, qui temporis ordine locum inter *Patriſticos* CCLXXXIV. *col.* 513. occupare debuiſſet, extremum hujus *Partis* facere neceſſe fuit, adjecto characterum, quibus exaratus eſt, in aes inciſo Schemate. Quod reliquum eſt, fave conatibus meis, Lector! qui, ſi nihil in uſus Tuos peculiare conferant, ſaltem argumento ſint, Bibliothecam Palatinam ſua non avare premere, ſed Hominibus literarum ſtudioſis, etiam loco remotiſſimis, qua licet ratione, ſcrinia reſerare. Ea Poſſeſſoris Auguſti mens eſt.

Scripſi Vindobonae Anno MDCCXCVIII. ad Diem XIX. Kal. Sept.